BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
INKUNABUŁY
Jnc. 304





BIBLIOTEKA GŁÓWNA
UNIWERSYTETU im. A. MICKIEWICZA
W POZNANIU

1416576

# Legenda ſctīſſime matrone anne ge=nitricis v̄gis ma=rie matris: ⁊ ihesu cristi auie.

Ora pro nobis quoniam mulier sancta es Judith viij

611 2004

Anna ſuos proſperat cultores iuuat et conſolatur
Annam quiſquis amat felicia tempora habebit
Et modo ſuccedant fata ſecunda ſibi
Si hanc in temporibus aduerſis atq; ſecundis
Pulſas cum precibus, mox tibi geſtat opem
Nam quicunq; ſua quaſſatur mente dolore
Hanc vocet, Inanes non ſinit eſſe preces
Hec lux poſt tenebras, noſtre via prima ſalutis
Que facit in portum vt naufraga puppis eat
Anna ſuos triſtes famulos non ſinit abire
Verum conſolatur vndiq; mente pia
Hanc rogo continuis cole laudibus et venerare
Crede tibi dignas penſitet illa vices

Oratio ad ſanctā Annam

Aue dn̄a ſanctiſſima anna deo digniſſima. que clara int au-rea. celoꝝ ſplendes ſydera. Tu p̄ce tua inclyta nr̄a ablue cri-mina. Et pro nobis poſce gaudia tecu; in celeſti gloria. Ora ꝑ nobis btā anna. vt mūdemur ab oībus malis ī hac vita. Oremus. Deus qui beatam annam diu ſterilem, prole voluiſti glorioſa et hūano generi ſalutifera fecūdari. da qm̄s vt oēs qui in terra matrē et filia; venerant vtriuſq; pn̄tia in hora mortis gaudere mereant. Per xp̄m dn̄m noſtrum.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza
Inc. 304

# Incipit prefatio in legendā ſctiſſi-me matrone Anne genitricis vir-ginis Marie mrīs. ⁊ hieſu xp̄i auie

Nna matrona beatiſſima. regalis plātula ex ſtirpe dauidica xp̄i hieſu inclyta dn̄a ſeu venerabilis auia materq̧ dei genitricis marie illibate. p̄cipua reuerē tia digniſſima. chriſticolis vniuerſis indefeſſa lau-de venit recolēda. Si quippe pſalmigrapha monitiōe laudā dus ſit dn̄s in ſctis ſuis. q̄ꝫtomagis in ſctiſſimis ſuis parenti bus. nec dubiū arbor honorāda p̄dicatur cuius fructus ſua-uis viuificatiuus et neceſſarius honorifico cultu acceptatur. Vt igitur in lucē prodeat qđ ignorat̄. nec latere deceat multis ꝓfuturꝫ. Hinc inclinatus ego de obſeruantia minorꝫ minim⁹ amore triū arborum anne. marie bn̄dicte. atq̧ fructus hieſu prolis diuine. de remuneratiōe ſalubri ꝯfiſus. quā q̧ a nōnul-lis etiā deſuꝑ amoroſe pulſat⁹. q̄ vtcunq̧ ex diuerſis veritati cōſonū laborioſe licꝫ nō infructuoſe cōperi in vnuꝫ ſimplicit̄ redigere curaui. Precor ergo legētē ⁊ audientē ea que ſequunt̄ vt amor ferueat. labor ꝓficiat. et ad Annā ſanctiſſimā deuo tio ſuccreſcat. necnō ad germina ſua celicola nō minoranda dilectio inardeſcat. Quaten⁹ horꝫ muniti p̄ſidijs mereamur ꝑhēni gloria cū ip̄is ꝑfrui in celis. Quaprop̄t ne incōfuſe ſed diſtincte ꝓceſſus fiat. ac ꝑfectius qđ ſequit̄ perlectū memorie cōmendet̄. nec lectori faſtidiū generet̄. ꝑ capitula cenſui eorū fretus auxilio ꝓſequendū. quorꝫ cultū toti mūdo pn̄ti legēda cōcupiſco dilatādū. ¶ Primū capitulū eſt de parētela ſancte anne ⁊ parētibus eius. de genealogia ⁊ poſteritate ſororis ei⁹ Eſmerie. quarū mater Emerentia. pater vō Stollanus.

Scđm capitulū eſt de laudabili ꝯuerſatiōe ſctē anne in iu uētute. et quō mr̄imonialit̄ cōiūcta eſt viro Joachim et quō vixerūt in mr̄imonio. Tertiū capitulū eſt quō oblatio Jo

achim i tẽplo fuit reprobata.et de vtriuſqȝ triſticia et freqn-
tatione ac angelica ſecuratiõe de naſcitura filia. Quartũ
capitulũ. Quare anna tot annis infecũda pmãſerit. et quõ
ſimul cõuenerũt ſcðm dictũ angelicũ iuxta auream portam
in hieruſalem.et oblatio eius accepta fuerat. Quintũ ca-
pitulũ. Quõ anna cõcepit mariã pepit et educauit. in tem-
plo pñtauit et de morte Joachim. Sextũ capitulũ. Quõ
anna viduata.ãmonitiõe angelica tradita eſt ſcðo viro.cui⁹
nomẽ Cleophas frater ioſeph nutricij dñi.de quo etiã cõce-
pit mariã matrẽ triũ apoſtoloꝝ et vnius diſcipuli dñi.et de
morte cleophe. Septimũ capitulũ.quõ tertio viro tradita
eſt Salome.ex quo tertiã mariã pepit matrẽ duorũ apoſto
loꝝ Jacobi et iohãnis.et quõ filias docuerat ⁊ de morte Sa
lome.etiam quo die nata ſit virginis marie puerpera.et quo
die mortua. Octauũ ca. Quaten⁹ nõ abſurdũ erat etiã ve
recũdũ tertio nubere. ⁊ de quadã ꝟgine.que idcirco mirabilẽ
viſionẽ vidit.anteq̄ꝫ viſa noluit btẽ anne ſeruire in deuotiõe.

Nonũ ca.de quodã ꝓcopio doctiſſimo.poſtmodũ here-
mita btẽ anne deuote et archiep̄o pragẽſi qui valde p̄dicauit
ſanctã Annã venerandã atqȝ eius feſtum celebrandum.

Decimũ ca.de q̄dam ꝓdigo adoleſcente q̄ p ammonitio-
nẽ bti iacobi.btẽ anne deuote ſeruiuit.circa quẽ meritis anne
mira cõtigerũt.et de eius cult⁹ ampliatiõe. Vndecimũ ca.
De q̄dam ep̄o in anglia.impedire volẽti cultũ ſancte anne ⁊
mirabilr̃ plagato.et quõ deuotio maior ad ei⁹ ſolẽnitatez et
honorẽ ſuccreuit. Duodecimũ ca. De duabus btẽ anne de
uotis. q̄bus ſemetip̄az in viſiõe pñtauit.et de his que eas p
ſua veneratiõe ac remũeratõe docuerat Tertiũdecimũ ca.
Quõ mãifeſtauit ſe duob⁹ ſibi deuotis videlicȝ vni heremite
et cuidã clerico.et de magnificis circa eoſ oẽ p eam exhibitis.

Quartũdecimũ ca.et ſequẽtia de miraculis q̄b⁹ choruſcat
nec choruſcare deſinit. ⁊ prio de naufragis liberatis et vidua
paupcula in porco ꝯſolata. Quītũdecimũ ca. De muliere
multũ infirma p ip̄az inuocata curata. ⁊ imagīe ſibi fctã.et

de q̄dā peſtilētia ſubito corā ymagie ſua liberata ⁊ ſuſpicata.
¶ Sextūdecimū. de margaretha q̄dam religioſa btē Anne et Joachim deuota. et ab eis docta. cui mirabilr btā Anna affuit in morte. et de q̄dam febricitāte morti vicino curato. Septimūdecimū. et vltimū capitulū de digito ſctē Anne in Colonia agrippina et miraculis et oſculatiōe eiuſdē. et quō p̄ſeuerātibus in ſuo ſeruitio diligent aſſiſtit. et reſiliētibus aut tepeſcētibus nō amplius ſuccurrit. Explicit p̄fatio. Incipit legēda ſctē Anne mr̄is v̄giniſqꝫ Marie. ¶ De parētela ſancte anne et parentibus eius. de genealogia et poſteritate ſororis eius Eſmerie. Capitulum Primum.

IN iudea ciuitate bethleem. vt ſcribit ſctūs Cyrillus ep̄us hieroſolimitanus. in cōſilio epheſino ſe p̄ſente catholice celebrato queadmodum etiā ex diuerſis in vnū cronicis colligitur. erat virgo quedam genere nobilis de domo dauid. etate iuuenis. aīo ſenilis. ſed v̄tute quidē morū longe p̄ſtantior. Emerentia noīe. deo deuota. in legis diuine meditatione ſedula. in om̄i cōuerſatiōe tota pudica. Que mirūimmodū. lege tn̄ diuina nō cōtradicente. cōcupiuit. coniugium declinare. et in caſtimonia illibate carnis in dei ſeruitio ſemp̄ viuere- maxime tamē in prophetis legerat. ſaluatorem mūdi. de virgine naſciturū. Ne igitur ex conſodaliū mundanarū cōuerſatione labē aliquā. aut ex cōtagioſa laſciuia maculam cōtraheret ſeculū fugitare ſtuduit. Hinc eſt vt ſpirituſ ſancti ducta grā. fratres deuotos oportuno tp̄e. atqꝫ ꝓphetarū filios in mōte carmeli vitā celibē agitantes interdū acceſſit. A quibus nō ſolū prophetarū profundas ſcripturas didicit. verū et vite ſue ſaluberrima monita ſuſcepit. Abſqꝫ eñ illorum maturo conſilio. virginitatis ſtatū nullo pacto mutare decreuit. Poſtqꝫ vero iam annos pubertatis attigiſſet nubilis facta. parentes ſcd̄m legem moyſaicam. eam nuptui tradere propoſuerūt. Dū aūt eadem iterum atqꝫ iterū verba ſup̄ deſponſatiōe facerent. tacite cum virginali q̄tum potuit verecundia nō auſcultauit. verum ip̄is in ſua opinione p̄-

ſeuerantibus.eā crebrius deſuꝑ moleſtarūt. Quid vͦo ageret
ꝑplexa.deliberationis inducijs acceptis. ad fratres deuotos
in monte carmeli celeriter clam ſe contulit Quibus archana
mentis ſue dedit de caſtitate perpetuo ſeruāda.ſed in contra-
rium parentū ſuorū voluntatē.ſe viro ſcd̄m legem nuptū ire
precipientium cepit detegere. Hinc ſibi tremula ſuſpiria do-
loroſa lamēta.cordiſqꝫ ſui nimiā anxietatez innaſci quereb at
Quamobrē cū timore et reuerentia.ſuꝑ agendis / vtrā elige-
ret partē.dei volūtatē.fratꝝ agnoſcere precibus. hūiliter hor
tabatur. Fratres aūt his auditis primū ſtupefacti quoniaz
res ipſa licet pij propoſiti.tamē inaudita.et lege moyſaice cō-
traria.decreuerūt vtrā partiū eligi debere.vigilijs.p̄cibꝰ atqꝫ
ieiunijs volūtatē dei ꝯſulendā eſſe. Que dū vna cū Emerētia
triduo in feruore ſpūs agerent.contigit tribus ex fratribꝰ vi-
ſionē mirabilem memoriaqꝫ perpetua celebrē diuinitꝰ mani
feſtari. Cōuenientibus igit̄ poſt triduanas deuotiones.atqꝫ
ꝑſcrutantibus ſi miſcd̄iam dei cuipiā ſuā voluntatē ſuꝑ hac
re dignata fuiſſet patefacere. Rn̄dens vnꝰ dignitate p̄ſtātior
deuotior orōne.ſenior etate. Vidi inquit qualibꝫ harū noctiū
poſt orōnes ad deū fuſas.mire pulcritudinis arborem valde
ſingularē.multoꝝ ramorū fecūditate ꝑluſtrem. Suꝑ quē.ra
morū vnū.ceteris venuſtate p̄cellentē. ꝯtemplatuſſum florez
aſpectui meo delectabiliſſimū et ameniſſimum. Cui fructū in
cluſuz ꝯſpexi ſuauiſſimū.⁊ ſuꝑ oēs mūdi fructꝰ acceptiſſimū
ſed hec viſio qd̄ nobis p̄ſaginat nō facile dicā. Ceteri duo cū
ſimilē viſionē ſe cōſpexiſſe dicerēt.poſt initū cōſiliū-iterū de-
uotis p̄cibus ad deū ardenter profuſis.audire vocē e celo me
ruerūt-altiſſimo p̄ſtante dicētē. Arbor que oſtēſa eſt viſu pul
cerrima.nitidā figurat Emerētie virginis puritatez atqꝫ ipi
us ſanctū propoſitū ad dei ſemꝑ relatū ſignat voluntatē qd̄
ꝑ ſacrū cōiugiū diuia pietas decreuit cōſumādū. Ramꝰ aūt
ille ꝑluſtrior ceteris.filiā ſ̄cat ab ea naſciturā Annā nomīe de
qua flos ꝓducetur gr̄a plena virgo maria.ineternū illibata
ꝑmanſura Ex flore vero virgine maria fructus ille ſuauiſſi-

mus in lucez prodibit dei filius et ſaluator totius humani ge
neris. De quo ſcriptum eſt. Guſtate et videte qm̄ ſuauis eſt
dominus. Alij autem rami eiuſdem arboris cum frondibus
et fructibus ſanctā ex ſe poſteritatem atqꝫ ſobolē toti mūdo
profuturū inſinuant. Quibus per ordinē ſic intellectis Eme
rentia virgo non ambicioſa facta. non dubia nec incredula
ſed conferens hec in corde ſuo. deuotius ad parentes ſuos eſt
reuerſa. Quibus de eius abſentia placatis. templuz dei quot
tidie frequentabat. et oculis in celum leuatis. dominū deum
ſuū. Vnde ſibi ſperabat auxilium. ex animo rogitabat obſe-
crans. vt nulli viro. niſi ex toto corde deum timenti. p̄ceptis
domini in omnibus obtemperanti. et ſobolem in laudez dei
petenti. ſalubriter nubat. Emerentia vero quoniam eleganti
corp̄e. venuſta facie. nobili genere fuit. pudica. pia. benigna
omni bonitate cōſpicua. et in vniuerſa morū honeſtate adeo
p̄clara. vt illa ſua amplitudine in eius gratiā omnes cōcilia-
bat hinc eſt ꝙ a pluribꝰ optata eſſet. et in cōiugez poſtulata
Sed quoniam ſeſe ab eis concupiſci. magis carnalis delecta
tionis. quaz cum dei timore caſti cōiugij gratia in ſpiritu di
dicit. om̄s et ſingulos tanꝙ viros ſpurciſſimos. caſtiſſimo
coniugio indignos abdicauit. Quemadmodum in Thobia
legitur. de ſara illa ſancta. cuius ſeptem viros. qui eam ſine ti
more dei polluto tactu contingere volebant. mox q̄ꝫ primum
ingreſſi ſunt. demon aſmodeus interemit. vt ſancti generis
Thobie iuniori deum timenti reſeruaretur. et per ſanctuz an
gelum raphaelem deſponſaretur. Multo igitur magis per
ſpiritūſanctum a viris impuris. deum nō timentibus cuſto
diri debuit Emerētia Ex qua tanq̄ꝫ ex matre proxima naſ-
citura erant tam ſancta plantaria. Et ex qua ſicuti ab auia
vel ab abuia. originē ducerēt. tam viuifica ſalutaria et a cun-
ctis mortalibus germina ſaluberrima. Sex igitur viris ab
Emerentia ſancti ſpūs inſtinctu recuſatis. ſeptimo. cuiꝰ no-
mē Stollanus erat. de genere dauid viro iuſto. timorato. in
obſeruatione legis ſtrennuo. coniuncta eſt matrimonio. Hij

duo multū vnanimes in timore dei vitam agebant. domino preces deuotas accumulabant. elemoſynas pauperibus erogabant. viſitabant templū dei ſtatutis feſtiuitatibus. prouidebāt miniſtris eius. vt pro ſe deum pcarentur de ſuis facultatibus. Tandem diuina benignitate viſionis prefate veritatem in actum ducere volente. Non longa eſt poſt tempora deo ſupplex. Emerentia grauida facta. peperit filiā primogenitam. in tertia feria hebdomade. quā appellauit Annam nomine. Poſt annam vero certis menſibus effluxis alteraȝ peperit. quā nominari fecit Eſmeriā. commendabiliuȝ fructuū plantulā venerandam. Hec quidē Eſmeria dei ordinatiōe et legis obligatiōe. generis ſui viro ſpectabili. cuiꝰ nomē affra. nupta eſt. Que primogenitā ſuam peperit Elyzabeth poſtea zacharia coniugē. et Johannis baptiſte genitricem Dehinc filiuȝ genuit Eliud qui coniunctus erat illi preclare que vidua deſcribebatur. Luce. vij. Cuius filius adoleſcens defunctus erat in porta ciuitatis naym. Erat apoſtolorum Petri et Andree cōſanguinea de Betſaida Hec viro ſuo eliud fratri Elizabeth. duos pepit filios. marcialē et eminez. Iſte marcialis primogenitus cum mortuus eſſet. reſuſcitatus eſt a dn̄o matri reſtitutus. que ipſum tenerrime diligebat. qua gratia mater domino multo familiarior efficiebatur. et apoſtolis eius conſanguinitatis iure multū afficiebatur. et ideo neceſſitatibus dn̄i atqȝ diſcipulorum eius. de temporalibus ſuis per filiuȝ magis ſollicite. prouidere curauit. Quod patȝ de quiqȝ panibus ordeaceis et duobus piſcibus p Andream dn̄o oblatis. tanqȝ p cōſanguineū matris medio puide delatis et ſimilibꝰ. Quamobrē hanc matrē vulgari noīe. diſcipuli ſuam affirmabant. et filium eius marcialem. hūc maternum quaſi matris filium peculiari nomine appellabant. hic autem idem eſt qui miſſus eſt a btō Petro Subdyaconꝰ cū euchario ex ſeptuagita duobꝰ diſcipulis xpi vno iā a btō Petro apoſtolo in ep̄m ordinato. ⁊ valerio dyacono intra fines almanie. ⁊ in via defunctꝰ et miraculoſe rediuiuꝰ iā ſcdo

et in antiſtitē ſublimatus treuerorꝝ. tungrorꝝ atqꝫ colonienſi
um ꝓſperrime rexit eccleſias. Frat̄ autē ei⁹ Eminē defuncto
pr̄e peregrinatus eſt iuuenis vſqꝫ ad armeniā. et ibidē ꝑſeue
rās nō reuerſus. circa ſeniū coniūctus honeſte puelle meme
lie generauit ex ea filiū ſeruaciū maxime poſtea virū ſancti-
tatis .in tungrorꝝ antiſtitem celebriter exaltatum. Cuius reli
quie colunt̄. et in magna populorꝝ frequētia viſitantur va-
riꝭ ꝑegrinationibus in vrbe Traiectenſi ſuꝑ moſam ꝓpter
mirāda ac ineffabilia ſolacia et remedia atqꝫ miracula. que
meritis bti Seruacij indies cultoribus et deuotis diuina pie
tas elargit̄. Mater autē iā vidua facta. et Eminē vt opina-
batur mortuo. dicebatur adoleſcentis de q̄ ſupra vnica et vi
dua. Ex p̄dictis igitur manifeſte patet. florida et ſancta
germina de Eſmeria ſorore ſancte anne prodire. quarū ma-
ter fuit veneratione digna ipſa Emerētia. Sequitur figura
de genealogia Emerentie matris et Anne filie.

Emerētia ex Stollano duas peperit filias ſcꝫ
- Eſmeriam que ex viro affra peperit duas proles
- Annā cui⁹ tres erāt viri Joachi cle. et ſalome. que ⁊ tres genuit marias

Prima maria quā anna ex Joachim pr̄e pepit et ſpū̄ſctō ge
nuit xp̄m Scd̄a maria quā anna ex cleopha pr̄e pepit. ex al
pheo genuit filios quattuor Jacobū miorē Simonē iudā et
Joſeph iuſtū. Tertia maria quā ex ſalome pr̄e ānā pepit ge
nuit ex zebedeo filios duos Jacobū maiorē et Johēz euāge.
Prio pepit elyzabet filiā q̄ ex zacharia genuit iohēz baptiſtā.

Scd̄o Eliud filiū q̄ ex vxore ſua genuit duos filios
- Primo genuit marcialē ep̄m alio noīe ma:nū treuerorꝝ tungrorūqꝫ eccleſias regentem.
- Scd̄o genuit fratrē illi⁹ Eminē q̄ Seruaciuꝫ genuit ex vxore memelia Tungrorū epiſ.

Verſus. Anna ſolet dici tres ꝯcepiſſe marias:
Quas genuere viri Joachim cleophas ſalomeqꝫ.
Has duxere viri ioſeph. alpheus. zebedeus.
Prima parit chriſtum. Jacobumqꝫ ſcd̄a minorem.

Et Joſeph iuſtū pepit. cū Simōe Judā. Tertia maiorē Jacobū volucrēq Johannē. ¶ De laudabili cōuerſatione ſctē anne in iuuētute et quō mrimonialiter ↄiuncta eſt viro Joachim. et quō vixerūt in matrimonio. Capitulū ſecundū.

Anna quippe in pma etate ſua nil pueriliter agebat. ſed in via dñi et laudabili moꝝ ↄuerſatiōe pficiebat ipa nāq ſup oia iuuēculaꝝ laſciuias. vt viperas fugitans. maluit domi diuinis vacare cōtemplatiōibus. q foris ſe mūdanoꝝ cōtagioſis ſociare popularibus. Hinc eſt q oportuna deuotiōi atq ↄtēplationi loca atq ſecreta dilexit ⁊ irrephēſibilit vltra etatis ſue capacitatē in obſuātia decalogi iuuētutis ſue dies ad finem vſq pduxit. Dum vo quintūdecimū annū ageret. et nubilis effecta. nō viri deſiderio ſed legis coactione matrimonialit viro nobili atq iuſto Joachim eſt cōiuncta. Hic em̄ de genere dauid annoꝝ viginti etatē agens coniugiū inchoauit. nazarenus de nazareth ⁊ Anna de bethleem ſimulq cōmorati ſunt. in nazareth in domo Joachim Qui diues agrorū cultor. armentorū et pecudū locuples erat poſſeſſor. Vir vtiq bonus. ſimplex et iuſtus atq timoratus in via dñi. aliaꝝ rerum minime curioſus niſi de ppriis ſe intromittebat. pacē ſeruauit cū oibus pauperibus pius. et hiis qui deū timebant erat bñficus. De facultatibus ſuis. viduis orphanis et oibus vndecunq fluētibus egenis ſubuenire conabat. Quanto quidē plus erogabat. eo magis diuinit abūdabat. Sic vo adoleſcens. parentū bonoꝝ heres liber ab anno quītodecimo pfecit. donec Annā coniugē ſuſciperet. Illa quippe virū honorauit vt dñm et dilexit velut patrē. Ipe vero viciſſim cōiugē venerat eſt vt matrē et amore debito amplexatus ſicuti ſororē. Erantq ſibi mutuo cōſentiētes hortāteſq ſepiſſime inuicē ad ea que dei ſunt imitanda ac que vere charitatis ſunt nutriēda. Nihilomin qm̄ iudicia dei abiſſa multa. hii iuſti pmittente altiſſimo. xx. annis in cōiugio trāſierūt velut ſteriles in lege ↄtēptibiles. fructū poſteritatis cōſecuti nō ſunt. De q gemit vberes et lamēta lachrymoſa ↄtri

ſtati frequētabāt corā dn̄o. Quare nō deſperātes/licʒ puſil-
lanimes ad deū ſe penitus cōuertere decreuerunt. vt vel ſaltē
qđ hūana ſterilitas cōferre ꝓhibuit/diuia cōcedēte benigni
tate. cui nihil impoſſibile credit̄. facilꝰ impetrarēt. Triplici q̄-
dem via dei miſcđiam implorare ceperunt. videlicʒ ſuis atqȝ
deuotoꝝ orōnibꝰ. elemoſynis largifluis. ac votiuis ꝓmiſſio-
nibus. Vouerūt nāqȝ cū lachrymis. ſi ablato ſterilitatis op-
probrio Anna fecūdata cōcepit. pepitqȝ dn̄o prolē. Illā in tē-
plo miniſtraturā ſacrificātes offerrēt altiſſimo. Sicut legit̄
p̄mo Regū. Anna autē orauit ad dn̄m flens largiter et votū
vouit. De tpalibus v̄o bonis ſuis dn̄m venerati ſunt vnam
partē miniſtris tēpli obtulerūt. quatenꝰ fidelius ꝓ ſeſe p̄ces
funderēt. Secundā q̄dem egenis. orphanis. viduis. ac pegri-
nis. mēdicis. Tertiā v̄o pticulā ſuis reſeruabāt vſibus et fa-
milie cōgrue ꝓ ſuſtētatione nō tn̄ abūde ꝓ ſectanda curioſi-
tatis ſuꝑfluitate. ¶ Quō oblatio Joachim in tēplo fuit re-
probata et de vtriuſqȝ triſticia/et ſequeſtratiōe. ac angelica
ſecuratione de filia naſcitura. Capitulum tertium.

Voniā ſ̄m legē moyſi ſtatutum erat. iudeis deputa
tis feſtiuitatibꝰ cuʒ oblatiōibus ſe p̄ntes exhibere in
tēplo dn̄i qđ erat in hieruſalē. Cōtigit aūt hos ſctōs
ꝯiuges pficiſci in hieruſalē ad feſtū enceneoꝝ vt offerrēt. Jo
achim aūt cū viris cōuicaneis ſuis ⁊ contribulibꝰ. Anna v̄o
ſeorſuʒ vt moris erat cū ſexu feīneo ſibi cognato. yſachar q̄dē
pōtifex et ſcriba ꝯgnita ꝙ ioachī cū vxore tot ānis ſterilitatis
viciū ptuliſſet. et domū tribꝰ ſue ꝑ poſteritateʒ nō āpliaſſent
cū indignatiōe ab altari repulit Joachim ⁊ victiaʒ eiꝰ tanq̄
maledictā in lege dn̄i nullatenꝰ deo gratā eſſe manifeſte reſu
tauit. Quāobrē nimiū ꝯfuſus rubore Joachim atʒ valde cō
triſtatus abſcedēs ait intra ſe. Nūc ego q̄d faciā q̄ factꝰ ſū op
probriū vicinis meis valde. Dn̄e deꝰ meꝰ ne derelinq̄s me eſto
mihi in domū refugij et libera me de v̄bo aſpero. Meſtꝰ aūt
nimis egreſſus ē tēplū. ⁊ ſocietate dimiſſa p̄ verecūdia ſeorſū
ꝑrexit occultꝰ ad cāpeſtria. ⁊ req̄ſitus a paſtoribꝰ gregū ſuoꝝ

cur ſic inopime viueret. Rñdet cōſternata mente demiſſaq̧
facie breui ſmone nō ab re eſt. qꝛ obliuiōi dat⁹ tanq̄ mortu⁹
a corde Et illi mgr̄. quare tū̄ faciē tuā ꝯfuſio operuit. quare
triſtis eſt aīa tua et vnde tibi offenſio que te grauauit. vn̄
moleſtia Et ipſe patienꝰ inquit. Ego em̄ ferre nō potero op-
probriū meū. qm̄ repulſa ē orō mea et victia. Quapropꝰ huc
veni vt leuarē oculos meos ī mōtes. vn̄ venire ſpero auxiliū
mihi a dn̄o. et cū ob ſterilitatē deſpect⁹ ſim vniuerſis. clama
bo ad dn̄m in tribulatiōe mea nec deſpiciet dep̄cationē meā
altiſſimus Quā ob cauſam vna vobiſcū ad interiora deſerti
gregē minaturus adero. donec dei ſolaciū mihi aduenisse co
gnouero. Anna quippe in nazaret reuerſa mariti p̄ntiaz nō
inueniens. ſed cōfuſum a pontifice intelligens. dū vicinis re
uerſis. Joachim nō adeſſe. amare flens in aīo multiplicauit
ſuſpiria et p̄ces ex multitudine doloris. et meroris dicens. O
de⁹ oīpotens in cui⁹ manu ſunt vniuerſa nōne ſufficiet mihi
in ſterilitatis opprobriū. cōfuſionis abiectio ſup̱ terrā. cū ex
infecūditate mea maledicta ſim a notis meis valde. et fructū
ſalutiferū nō habeā. et iā vir̄ meū tollis ſuſtētamē vite mee.
Quid tibi in me diſplicuit deus altiſſime quid me vis facere.
cur me ſterilē ſtatuiſti viduare. Ecce nūc quīq3 menſes fere
p̄tereunt. et viri cōſortiū cogor ignorare. Jpſa quippe nullo
modo ꝯſolari poterat. ſed quottidie exiliens circūſpiciebat et
circuibat vias oms̄ p̱ quas ſpes remeandi videbatꝰ. vt p̱cul
videret eū ſi fieri poſſet venientē. Nōnunq3 vō dū in orto ſuo
quandā videret auiculā p̱ nidolo ꝯponēdo ſollicitā. ⁊ in lau
ro paſſeres cū pullis ī cātu iubilātes. atq3 alis plaudētes. me-
mor q̄ ſibi nō daretur. adeo ꝓuidā. p̱ liberis curā gerere ſuſ
ſpirabat ingemiſcens cū lachrymis ad dn̄m dicēs. Eya dn̄e
memor eſto opprobrij mei. qd̄ cōtinui in ſinu meo multarū
gentiū. Tu noſti mētes hominū tibi patēt abdita cordiū. tu
ſcrutator es archanoꝝ tu inq̄ ſcis qꝛ nō virū carnis amore.
ſed legis coactiōe in cōiugē accepi. ſolū in tuo timore poſteri
tatis expectatiōe. Cur queſo deſolatā tue pietatis oculis non

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

attēdis. quare me viduā facis. cur me in tribulatiōe deſeris ⁊ te diligētē negligis. Reſpice p̄co: de⁹ pijſſime de ſede maieſta-tis tue et om̄de grāz miſcd'ie tue infinite Vnica ſpes in te mihi eſt. In te inq̄z dñe ſperaui. nō cōfundar ineternuz in iuſticia tua libera me. Inclina ad me aurē tuā. accelera vt conſoleris me. Vſq̄zquo obliuiſceris me in finē iratus eſt furo: tuus cō-tra me. reſpice et exaudi me domine. deus meus. Cepit autem Joachim in deſerto et Anna vxo: eius in Nazaret cōtriſtari et lachrymari nimis. Tamē quia non in perpetuū obliuiſci-tur miſereri deus. qui non ſinit iuſtum derelictuz. miſit poſt quinq̄z menſes celitus Gabrielē archangelū ad Joachim in deſertum. Qui totus choruſcās ad illuz inquit Bn̄dictus tu o Joachim amice dei altiſſimi. et benedicte p̄ces tue et gemi-tus. qui aſcēderunt ad conſpectū miſericordiſſimi. q̄ aufferre dignatus eſt opprobriū tuuz. q: Anna cōiunx tua pariet tibi vas electionis et deco:is ab eterno a deo prouiſum. filiā pre fi-liabus mūdi glorioſaz. que ſancta erit et immaculata in ma-tris vtero. et futura mater emanuel. quem expectant vniuerſi meſſyaz repromiſſuz ac redēpto:ē in iſrael. Hoc aūt veritatis habebis indiciū et certitudinis ſignū. Mox cū deſerta lique-ris et in hieruſalē veneris. occurret tibi vxo: tua leticia plena quod cū videris. de p̄miſſo gaudeas. q: de his que nūciaui ſecurus eris. Angelus v'o p̄tinus dimiſſo Joachim apd̄ An-nā pn̄s in nazaret o:antē adeſſe dignat⁹ eſt. Illi q̄dē lugubri veſte indute. nec in die feſto cibū capienti. neq̄z a ſuſpirijs ceſ-ſanti vernula dixit. Quouſq̄z dn̄a ſic affligis aniaz tuā. quā ob rē ingemiſcis neq̄z cibū capis. Surge inquit filia ſyon. in-duere veſtimentū leticie. atq̄z letare. q: hodie flere nō licz. ma-gnus em̄ dies dn̄i eſt. Cui nihilomin⁹ lamētati. nec v'bis exci-tatiuis famule ſue. aduertēti. aſtitit gabriel archāgelus dicēs Anna cur fles. et quare nō comedis. et quā ob cauſaz affligit co: tuū Ne fleueris Exaudiuit em̄ altiſſim⁹ oṙones tuas. vi-dit lacrimas tuas. et attēdit elemoſynas. nouitq̄z opprobriū tuū. q̄ nūc tulit ɔfuſionē tuā abs te. Tu quidē exnūc fecūda

B

veris.et ſalua lumē parturies mūdi. gaudiuz totius vniuerſi ex q̄ ſalus generis hūani.et gloria celeſtis regni Bn̄dicta filia tu a dn̄o.cōcipies em̄ et pies filiaz.cui⁹ nomē erit Maria quā ſctificabit tabernaculū ſuū altiſſim⁹. Hec em̄ erit illa ſtella oritura ex Jacob.et v̄ga dei iſrael.que ex antiquis eſt ordinata anteq̄ terra fieret. Jp̄a nanq̄ pducet ſolez iuſticie. dei filiū deū nr̄m. Jā forti ſis an̄o Joachim em̄ marito tuo citius tibi occurſuro incolumi et robuſto. Hec ipſa diuinit⁹ indicaui. Nūc triſticia vr̄a vertet in gaudiuz. qd̄ nemo tollet a vobis ex q̄ manebit in ſempiternū. Surge igit̄ et vade in hieruſalē.ibi em̄ occurret tibi vir tuus in aurea porta iocundus q: ablatū eſt opprobriū vr̄m. Et ſimul deſcendentib⁹ vobis oblatione in tēplo peracta v̄ſus nazareth. replebitur vterus tuus et fructus ex te naſciturus ſpūſctō replebit̄.et deo dicata proles pficiet in euū.eritq̄ toti mūdo ineffabile tripudiū Poſt triēniū autē natiuitatis ſue erit in tēplo dei altiſſimi iuge et acceptabile ſacrificiū. Quo dicto archāgel⁹ euanuit ab oculis eius. Dum autē iuxta angeli p̄coniū cōuenirēt.cōcepit Anna et peperit in nazareth filiā ſuā primogenitā noie Mariā.et gauiſi ſunt amici ſui et cōgratulabant̄ et oēs cognati ſui eo q̄ dn̄s oſtenderet eis miſericordiam ſuā.

¶ Anna quare tot annis infecūda pmāſerit et quō ſimul cōuenerūt iuxta dictū angelicum apud aureā portā in hieruſalē et quō ꝯcepit et oblatio eoꝝ accepta fuerat Cap̄.quartuz.

Omin⁹ igit̄ oipotēs nō ſine cauſa. fructum hūc glorioſum diē diſtulit.ſed vt p merita ſuffragioꝝ ſuſpiriorū pariter et deſideriorūz intenſiorū optatuz expectaret̄.expectatum ampli⁹ deſideraret̄.diu deſideratuz feruētius amaret̄.ac maiori gr̄arūactione ſuſcipet̄. ſuſceptūq̄ in poſteꝝ deuotius veneraret̄. Jn anna quippe ſterili verificat̄ qd̄ de ſacra abrae ꝯiuge infecūda legit̄ que genuit yſaach nonagenaria.ex q̄ tn̄ bn̄dictio oim gētiū Sic rachel vxor iacob poſt multos ānos ꝯiugīj ſui genuit ioſeph egipti dn̄m ⁊ ſaluatorē mūdi Quis queſo fortior ſampſone.ſanctior ſamuele

ex anne mr̄e. atꝫ teſtionio euãgelice veritatis inť natos a mu
lieꝝ maioꝛ baptiſta iohe q̄rꝫ tñ oim p angelū et miraculoſe
natiuitas ãnūctiata ſacra teſtať ſcřptura. Quapꝛopť vt figu
ratū figuris ſe coeq̄t. ꝛ v̄itatis vmbꝛe coꝛrn̄deat. cū fructꝰ iſte
deſiderat⁹ et expectat⁹ ſit v̄gula yeſſe v̄go maria mať dei atꝫ
regia celi. que cūctos ineffabiliť p̄rogatiuis diuis et excellētia
p̄fulgeat ꝯgrue crediť et ſctē trinitatis ſecreto ꝯſilio mo̊ tar
dius exhibita fuiſſe Joachī em̄ nūctiatiōi archãgeli credul⁹
necnō p ſacrificia oipotēti grat⁹ q̄ntoti⁹ ex deſerto pecoꝛa mi
nare v̄ſus hierl'm cū ſuis conat⁹ ē. et ad paſcua ſuaꝝ poſſeſſi
onū ꝓperare. Poſt trigita v̄o dies apparitionis angelice. dū
hieruſalē ingreſſur⁹ appꝛopinq̄ret ad poꝛtā aureā. occurrit ei
anna cōiunx ſua cū iubilo et ait. Vidua meſta fui nūc dei mi
ſericoꝛdia ſuccurrēte a viduitate liberoꝛ. Que ſterilis fuerā de
ſpecta iā honoꝛifice fecūdaboꝛ. Vnicū ſolatiū coꝛdis mei viꝝ
amiſi. quē reuiſere leta merui Hec dies boni nūcij ē. O fauſtū
et felicē hūc diē Hec dies leticie nūc triſticia mea v̄teť in gau-
diū. Cãtemus dn̄o deo iſrael qm̄ magnifice nobiſcū egit. qui
glorioſe nos honoꝛificare dignat⁹ ē. Joachī aūt mirūimmo
dū gauiſus de pn̄tia et tripudio vxoꝛis ſue Sꝫ gratitudis of
ficiū nō p̄teriēs in laudē ꝓrupit dicēs. O mi deus laus iſrael
ſupꝛa nr̄aꝫ eſtiatiōꝫ mlťū miſericoꝛs. ꝛ pijſſime ꝯſolatoꝛ tibi
gr̄aꝝ iura ex anio et toto coꝛde pſoluē optam⁹. q̄ dies nr̄os lu
ctuoſos. oim lamētoꝝ et gemituū plenos i gaudiū ineffabile
ꝯuertiſti. q̄ contēptū et oppꝛobꝛiū nr̄m in honoꝛē et admira-
bilē exultatiōis ſtupoꝛē mutaſti. Quid oꝛo tibi ꝓ his tantis
bn̄ficijs retribuem⁹. Nō opis certe nr̄e eſt. ſed tua inuãte gr̄a
nr̄ ardēs oꝛam⁹ affect⁹ ſuppleat. qd̄ impotēs effect⁹ in gr̄arū
tuarū laudē nobis abnegat. Dein̄ poptatis diu negatis fruē
tes colloquijs. ſup angelica ãnūctiatiōe. q̄ vtriuſqꝫ facta eſt.
inuicē ꝯferētes. ſimul i dn̄o cōſolati ſūt. Hinc ē q̄ ſtatutis ſo-
lēnitatib⁹ tēplū ingrediētes oblaturi mūera. decetero nūq̄ op
pꝛobꝛioſe repulſi ſť. ſ ab oib⁹ ꝯmēdati ꝛ honoꝛati i tīoꝛe ꝛ gr̄a
ꝓficiētes deū laudauerūt q̄ iuxta ē oib⁹ inuocãtib⁹ ſe in v̄itate

Quō Anna cōcepit et pepit et filiaꝫ educauit.etiā in tēplo
triennē pñtauit et de morte Joachim. Capituluꝫ quintū.

Am p̄terea verificatur in eis qđ ſctūs Paulus ad ro
manos ſcpſit. Habetis inqt fructū vr̄m in ſctificati-
one.finē vo vitā eternā Et hoc qꝛ Anna fecūdata eſt
etpoſt nouē menſiū curricula.cū piter opibꝰ bonis vacarent
in nazaret.q̄dam tertia feria ſeptimane ſalubrit̄ pepit regalē
illā plātulā veri dauidis añ ſecula filiā p̄uiſaꝫ mariā ſicut ab
angelo fuerūt edocti. Ip̄a em̄ erat futura mūdi illūiatrix et
dña.atꝫ maris ſtella Hanc vo filiā diuinitꝫ deuotā.ſuſcepe-
runt amāter.nutrierūt benigne atꝫ diligēter.ac educare ſat-
agerūt religioſe et prudēter. Nutriuit inꝙ mater natā vberi-
bus ſuis.et de iuſto manuū ſuarum labore ſuſtētare curauit
Quottidie em̄ Anna ibat ad opus textrinū.qđ et filiā vtcūqꝫ
docuit.que ſuis manibꝰ etiā dei filio et ſuo tunicā incōſutileꝫ
ſtudioſa texuit Poſt trienniū autē iuxta votū dño ꝓmiſſum
et merito ſeruandū.obtulit filiā mat̄ in tēplo dñi.qđ eſt in hie
ruſalē. Et dū ſimul aſcēdere cepiſſent.iuuēcula futura virgo
puerpa.ſine cuiuſqꝫ ſuſtētatiōe.et āminiculo quindeci gradꝰ
templi.cōſtāti greſſu ſine laſſitudine viſa eſt cōſcendere Ob
id igit̄ etiā pñtationis eiꝰ feſtū colendum ſtatuit. In q̄ qdeꝫ
ſctiſſime mr̄is eiꝰ Anne digni cultꝰ memoria nequaqꝫ cenſet̄
omittēda Maria vo recto tramite nō retroſpiciēdo tēplū in-
greſſa eſt. Q̄m quidē ꝓ nihilo duceret regreſſuꝫ parētū ſuoꝝ
et cognatoꝝ nō infantū more impatient̄ cū eiulatu ſed ad in
teriora ſe vertēs ad cōſodales inhabitatrices tēpli.ſacerdotes
mirati ſunt magni aliqđ numis i ea latitare arbitrati. Ipſa
aūt ſic oliua fructifera i domo dñi ꝓfecit i vtutibꝰ et gr̄a. Pa
rētes autē eiꝰ oblatiōe hūilit̄ exhibita.et a pōtifice honorifice
ꝑmiſſa poſt laudes et grās deo ꝑſolutas Maria relicta.re-
uerſi ſunt in domū ſuā in nazareth. Dum vo corā deo ac cō-
ciuibꝰ in oī ſctitati et vite ꝑfectiōe. vtuoſe ſine q̄rela ꝓficerēt
et in via dei ꝯmēdabilit̄ eēnt cōmorati. cepit egrotare amicꝰ
dei Joachim.vir vtiqꝫ iuſtꝰ et in timore dei aſſiduus Cōſide

rãs antẽ voluntatẽ dñi de morte ſibi imminẽte tpali reſignatus ſpõtanee in man⁹ dei viui. ab anna venerãda ſua ꝯiuge licentiã petijt. et horã reſolutiõis ſui corpis adeſſe pdixit Cũqꝫ agonizare cepiſſet. in celuꝫ erectis luminibus et manib⁹ inſtar crucis ꝓtenſis. grãs egit oipotenti vt potuit ꝓ bñficijs diuinitꝫ acceptis. et ſpm̃ ſuũ in man⁹ cõmendãs altiſſimi. cõſequi petijt gloriã celeſtis regni. Sic ergo electa ei⁹ aĩa ab angelis in ſinũ abrae. ad limbuꝫ videlicꝫ ſctõꝝ patruꝫ cũ iubilo eſt delata In die aũt aſcenſiõis dñi reſerato celeſti regno ſublimat⁹ eſt cum filie ſue nato dño nr̃o hieſu xp̃o. ¶ Sctã Anna quõ iã viduata ammonitiõe angelica tradita eſt ſcdo viro cui⁹ nomẽ cleophas frat̃ Joſeph nutriciũ dñi. de q̃ etiã tertiã cõcepit mariã matrẽ triũ apoſtoloꝝ. et vni⁹ diſcipuli dñi et de morte Cleophe. Capitulum Sextum.

Oſtq̃ Joachĩ vir dei migrauit a ſeculo. et in pace factus ſit locus eius Anna ſctã matrona iã vidua triſtior effecta. ac ſoli deo deſponſatiõe celeſti in ꝯtẽplatiõe ſe copulare ꝓponẽt. hũanũ cõſortiũ vel alteri⁹ viri maritari miro mõ aſpneret. turturis more plãctũ et gemitũ dedit ꝓ cantu et iubilo. Sicqꝫ ſolitarias querẽs latebras merori et deuotiõi cõgruas. pcũ frequẽti inſtãtia. cõfugit ad dñm. xñ ſibi ſpauit auxiliũ affutuꝝ. nõ eñi aliud optauit ſolaciuꝫ. ſed cupiuit deſerere oĩe qđ erat trãſitoriũ. Cũqꝫ cognatoꝝ moleſtia de ſcdo cõiugio acceptãdo/ ſenſus ſuos ꝯturbaret et ꝓ dei volũtate cognoſcẽda feruẽti⁹ orõnib⁹ inſiſteret. que diuino bñplacito ſuũ pferre nequaq̃ voluit audire ꝯtin⁹ meruit angelũ dñi dicẽtẽ ſibi Salue matrona dei. diuinã erga te volũtatẽ eẽ ꝯgnoſcas. nec ambigas cũ fecũda ſis ⁊ paritura duas adhuc iuuẽculas. pari noĩe marias. de q̃b⁹ celuꝫ exultabit ⁊ ſeculũ gaudebit Mrẽs eñi future ſunt lũariũ mũdi ⁊ ſctõꝝ pluriũ aĩab⁹ infinitis ꝓfuturoꝝ Sic ergo ne recalcitres. qui cognatoꝝ i medio/ q̃ꝓmũ ſcdo mr̃imonio ꝯſentias. Qđ dũ paranipho celi euaneſcẽte ꝯſanguineis indicaſſet. illi deo grati atꝫ gauiſi tradiderũt Annã de genere ſuo dauid. viro nobi

li iuſto et timorato cui nomē erat cleophas Hic antē frat̄ Jo
ſeph ſpōſi v̄gis intemerate ⁊ filij dei nutricij Cleophas v̄o in
ſua ꝯuerſatiōe ꝯmēdabilis. irrep̄henſibilit̄ ꝯuerſatꝰ eſt in dile
ctiōe dei feruidꝰ, in elemoſynis largꝰ, ac moribꝰ ꝯpoſitus, nō
ꝯcupiſcētia carnis illectus. ſed poſteritate ſctā legis coactiōe
tractꝰ annā duxit in ꝯiugē Cū q̄ q̄dē pacē ſ̄uauit et amorē in
oī obſ̄uātia p̄ceptoꝝ dei Dū v̄o ꝯuiuētes ꝓlē a deo peterēt ſa
lubrit̄ educandā Anna fecūdata ⁊ grauida filiā pepit mariā
videlicꝫ Cleophe. que poſtmodū marito fuit tradita. cuius
nomē alpheus extitit. q̇ pater fuit apoſtoloꝝ electoꝝ Jacobi
mīoris dicti frat̄ dn̄i ſymōis et iude. q̇ alio noīe thadeꝰ appel
latus eſt. ac iuſti ioſeph. q̇ cōſtitutꝰ fuit cuꝫ matthia qn̄ ſors
apoſtolatus ſup̄ matthiā cecidit. et fuit de ſeptuaginta diſci
pulis vnꝰ. Oēs hij dn̄i comites et aſſecle cōtinui. Horum aūt
mat̄ maria ī euāgelio de reſurrectiōe dn̄ica deſcribit̄ maria ia
cobi. videlicꝫ mr̄ eius q̄uis tn̄ alpheus vir eius. Cleophas q̇-
dē ſcōs cōiunx Anne et auuus horū q̄ttuor fratrū, et pat̄ ma
rie iacobi cōthoralis alphei. nō multis annis ſup̄uiuēs poſt
natā vnicā dū egrotaret. et dn̄i vocationē, ac ſui corp̄is reſo-
lutionē diuinitꝰ intelligēs. ſe penitus in manꝰ altiſſimi ſpōte
reſignauit Anna q̇ppe cōſternata mēte clamauit ad dn̄m cū
gemitu lacrimoſo dicēs. O deꝰ altiſſime cuiꝰ miſcdie non eſt
nūerus. qd̄ in me tibi diſplicuit, qui ſcdo iā me p̄uas cōiuge
tanq̄ in oībus deſolatā me velis deſerere. Tua tn̄ ī me ſemp̄
volūtas fiat. et qd̄ ampliꝰ cōgruū noſti vtriuſqꝫ ſaluti, ac in
ſempiternū ꝓficuuꝫ nullatenus ob nr̄e hūane fragilitatis la
mētare linquat̄. Surgens v̄o anna ab orōne venit ad egroti
obſequiū qui ait. Ego qui factus ſuꝫ de limo terre. vitro fra-
gilior et corruptiōis debitor ꝓfecturus ſū ad prēs meos. qm̄
me linquūt vires mee. ac corp̄is robur diſcedat a me. Ne con
triſteris dn̄a mea tanq̄ ſoror in dn̄o vnice dilecta. filij ſctōꝝ
patrū ſumꝰ in reſurrectiōeꝫ carnis creduli. noli diuīe obſiſtē
volūtati in cuius manu ſubſiſtemꝰ. ſ̄ laudemus deuꝫ altiſſi-
mū cuiꝰ ꝓuiſiōe ſicut ꝯiūcti ſumꝰ in t̄ris. et in ſempit̄nū copu

lemur in celis Peregrini in q̃ ſumus in hac valle miſerie. fiat miſcōia dñi ſup nos. cui te cari⁹ recōmēdo et aniaz in ſinum abrae deferēdo cōmitto. Quo facto dū faciē vteret. ad pariete trāquillo fine obdormiuit in pace. ¶ Qualit̄ btā anna tertio viro tradita eſt. ſcȝ ſalome ex q̄ tertiā mariā pepit matrem duoꝝ apoſtoloꝝ Jacobi maioris et Johis euāgeliſte et quō filias docuerat et de morte ſalome. etiā q̄ die ſit nata virginis marie et matris puerpa et q̄ die mortua Ca. ſeptimū.

Voniā totius pfectio cōſiſtit in numero ternario. et anne diuinit⁹ bñdicte celitus facta ſit pmiſſio. q̄ mr̄ foret filiaꝝ triū eodē nōīe vocādarū. et a duob⁹ viris duas pepiſſet naturali verecūdia mole pſſa. etiā verita ē honeſtaꝝ more feiaꝝ de t̄cio viro cogitare. aut deſpōſatiōi vlterioꝛi ſmones aduertē. Quapropt̄ cubiculū ingreſſa eſt pnīe ſtimulis dedita. atꝫ p cōtinuas pces in orōne dño ꝯiūcta. merore pleno ſe pſtrauit et cū ſuſpirijs ad deū clamauit. O de⁹ oīpotēs in cui⁹ manu ſunt oia. cūcta ſubſiſtunt et puide gubernāt. ſine te nihil. et nihil tibi impoſſibile. q̄ cūcta noſti fiēda. Tu me rege. tu me dirige. tu mecuȝ diſpone. tu mihi ſponſus eſſe dignare. Qō ex me velis fiat ptin⁹. Te deū meuȝ confiteor. trinū i pſonis. et vnū in ſubſtātia. Tu duas mihi filias miſcōiter ꝯdonaſti. tertiā mihi pmiſiſti. tibi in ſempit̄nū laus ꝛ bñdictio. Sȝ q: iudicia tua abyſſꝫ multa. ac viruȝ abſtuliſti. Egoqꝫ ad dies lōgeue etatis multos puenio. ſtatum meū in tua diuia deſpōſatiōe cōmitto. Fac qō tibi placuerit. Nihil em̄ abs tuo bñplacito. iā bis viduata cōcupiſco. Sȝ te pcor altiſſime de⁹ vt mihi deſerte ſubueīat dextera tue ꝛ mia Nec mora. q: iuxta ē dñs hījs q̄ inuocāt euȝ in vitate. Adeſt dei panymphus ad eā miſſus celitus et inquit Sicut deus in vitate trinus eſt in pſonis. Anna a deo bñdicta. et vnus ineſſe. ſic queādmodū edocta es. triū filiaꝝ mat̄ eris honorāda ex viris tribus. non igit̄ erubeſcas ſi deo iubente tertio nupſeris. Ecce em̄ ex hoc bñdicent te oēs generationes. Exinde ſe deo recōmendans Anna cognatoꝝ medio deſponſata eſt

marito tertio. cui nomē ſalomas de ſtirpe ſua dauid Hic eñi
vere pacificus fuit iuſtus/ et ꝑfectus in dei mandatis. Caſti
gauitqꝫ ſibi rigoroſe corpus ſuuꝫ ieiuniȷ̄s vigilȷ̄s et oꝛ̄onib⁹
ac etiā in elemoſynis ad egenos/ et peregrinos largus totus
et dapſilis exēplū multoꝝ ad ſimilia prouocantiū. Quāobrē
Anna in dño confiſa/ necnō mentis tranquillitati dedita/ ac
deo grata. mox cōcepit pepitqꝫ iuxta ꝑ̄ſagiū angelicum filiā
tertiā/ noīe mariā Hec q̇dē poſtmodū nubilis facta cōiūcta
eſt viro ſui generis zebedeo. ex quo duos filios ꝑturiȷ̄t. chriſti
apoſtolos Jacobū videlicꝫ maiorē et Johēz euāgeliſtā apo
ſtolū atꝫ xp̄i diſcipulū ſingulariť electū. cui in cruce v̄gini v̄/
go mater a dño in cuſtodiā ⁊ matrē eſt recōmēdata Hec aūt
tertia maria ſcḋm euāgeliū de reſurrectiōe dñica deſcribiť ma
ria ſalome. ſcꝫ eius filia Salomas v̄o nō multos agēs ānos
in matrimonio cū anna beatiſſima iubēte deo infirmatus. et
patiētie virtute preditus/ cōfiſuſqꝫ in oīpotētis clemētia ſctō
fine q̇euit in pace. Poſt cui⁹ deceſſum Anna iā expta de ꝓmiſ
ſionis veritate agere cepit que viduitatis ſunt. et oīb⁹ trāſito
riȷ̄s cōtēptis ac ſeculi illecebris dūtaxat que dei ſunt corde ſin
cero cepit ruminare. et cōtēplationi diuinoꝝ ſe vēdicare. Ob/
tulit inqꝫ ſeme ſacrificiū altiſſimo. et opam dedit corpus ſuū
caſtigando ac in ſeruitutē redigendo Jta vt armonia debita
ſuꝑ carnē eius ſp̄us in dño p̄ualeret. Cuius quidē dñi exēplo
ſp̄us ad penalia prōpt⁹ erat. licet caro fragilis rebellis et in/
firma. Preterea ne tp̄is momēta/ de q̇bus diſtricta rō noſciť
reddēda/ laberenť inane. cōditiōes horaꝝ mancipare ſtuduit
laboribus oportunis. Normā ſibi ſtatuit vite cōmendande
circa dom⁹ regimē ac parentū honorē. filiarum inſtructionē
afflictoꝝ cōſolationē et pre oībus in penitētie ſedulitatē diui/
num honorē. Docuit igiť ſctiſſimi thobie ſenioris exemplo fi
lias ſuas in etate tenera deū timere. p̄ces cū deuotiōe fundere
ſocietates noxias declinare/ decalogi p̄cepta ſcire et obſerua
re. pro acceptis beneficȷ̄s nedum deo. ſed et hoībus bñficis
ſe gratas exhibere. et in cōpoſitiōe moꝝ proficere/ ocia deui/

tare tempus fructuoſe expēdere Deniqꝫ ſup̱ oīa in dei timore pſiſtere. Ipſa vero mater Anna ſicut filias ṽbo docuit ſic et exemplo bono p̄uenit Fecit em̄ qđ docuit virtuoſa in cunctis op̱ibus/ et patiētiſſima in aduerſis. Ip̄a quidē licet tp̱aliter deſolata. tn̄ ſp̱auit in deū/ inſtans obſecrationibus et orōnibus nocte et die Noctes crebras expendit cū lachrimis. nunc vigilauit/ nūc ad dn̄m in orōne clamauit. nunc corpus macerādo ieiunauit. nunc pietatis obſequia miſeris exhibuit. Sēper autē in dei laudibus ſe exercitauit. Ip̄a demū anna veneratione digna tanq̄ꝫ frugifer truncus a radice fructifera matre ſua Emerētia. palmites tres in mūdū ꝓtulit marias vnde flos redolentiſſim⁹ ex vna fact⁹ eſt totius hūani generis damnati ſaluator piiſſimus . Ex aliis autē duabus/ frōdes flores et germīa. que redolere faciūt vniuerſa. Nō em̄ ṽitate teſte pōt arbor bona fruct⁹ malos facē Fuit igit̄ anna diua iā viduata/ ſic oī ṽtute ſuffulta. ſcꝫ vt ſupra exiſtimatiōeꝫ humanā ei⁹ op̱a. ꝯuerſatio. ac vita. multoplus viderent̄ ammirāda q̄ꝫ imitāda. Nec mirū indubie cū a tp̱ib⁹ ade ꝓthoplaſti nō eſt talis mulier inuēta quā ſibi p̄eligeret altiſſimus. vt fieret auia filii ſui/ verbi videlicet increati. atqꝫ mat̄ virginis genitricis in plenitudine tp̱is incarnati. Cōſtat nempe manifeſte. q̄ꝫtum vas electiōis ip̄m p̄uiſum a deo fuerit electū que mater genitricis dei/ a tota trinitate ab eterno credit̄ ordinata. Hinc eſt vt p̱ omnē vite ſue decurſum radix illa tantoruꝫ germinū et fructuū ſp̄ūſſancti rore fuit ſemp̱ irrigua. vt non ſolū in vita ſctiſſimoꝝ operū extiterit actiua verū et ad fineꝫ vſqꝫ diuinoꝝ occultoꝝ credita ſit ineffabiliter cōtemplatiua Et qm̄ oīs conſumationis vidi finē. teſte ꝓpheta. Oēs quidē morimur et quaſi aqua dilabimur. nunqꝫ in eodē ſtatu p̱manētes. Jamiā hec ſctā matrona multoꝝ dieꝝ ſctiſſimoruꝫ plena. penitētiis afflicta virib⁹ ſuis deſtituta cepit vt ſit egrotare. cui filie ſue chariſſime obſequiū piiſſimū p̄ſtiterūt. ⁊ oēꝫ curā atqꝫ ſollicitudinē cordialiter adhibuerunt Quis em̄ nō credat tam venerabilē et percelebrē matronā que tantarū fili

arum parens alma / filijqꝫ dei incarnati auia cariſſima ex-
titerit. appropinquante vite ſue termino. angelicis diuinitus
cō ſolatiōibus crebrius viſitari᷑ verūetiā a tota trinitate aīaz
eius ſanctiſſimā ab ergaſculo corpis ad btitudinem vocitari
Qua vocitatiōe ſuauiſſima. hymnis celeſtibus et cāticis cor
pus ſuū egreſſa eſt aīa ſanctiſſima ſeptimo kalēdas Auguſti
tertia quidez feria ebdomade / que nunc eſt in craſtino ſancti
Jacobi maioris eiꝰ nepotis. ſed quotto anno natiuitatis xp̄i
nō ſcriptū inueniri exiſtimo. Tn̄ an̄ paſſionē dn̄i vera et in-
dubitali fide credit᷑ ab hoc ſeculo migraſſe. Abſurdū em̄ eſſet
filias ſuas dn̄o. vt teſtat᷑ euāgeliū. miſtrare. et ip̄am Annā ſu
perſtitē. que naturaliter afficit᷑ amore maiori. nepoti in tan-
tis paſſiōibus conſtituto. aliqđ ſolaciū nō preſtare Niſi for
ſan hoc tp̄e valde ſenio grauata. et ſuorū pedū officio extitiſ-
ſet p̄uata. Cuius nēpe vite p̄coniū illuſtrat vniuerſuz mūduz
eiuſqꝫ quottidiana et manifeſta miracula cūctos criſtianos
alliciunt in ipſius deuotum obſequium. Quamobrez merito
feſtum ip̄ius dignis laudibus ab oībus p̄dicat᷑ recolendum
Propterea licz vbiqꝫ et oī tp̄e innocata nouit ſuccurrere. ⁊ di
gnat᷑ clemēter ſe colentes exaudire. tertijs tn̄ ferijs ipſius cō-
memoratio ſtudioſius eſt criſticolis obſeruāda. Fuit quidez
tertia feria nata. tertia feria v̄ginis dei matris diuinitꝫ p̄de-
ſtinata puerpa / ac tertia feria ab ergaſculo corpis liberata.

Quatenus ſctē Anne ſcandaloſuz aut verecunduz nō erat
tertio nubere qđ claret de quadā virgine. que idcirco mirabi
lē viſionē vidit in ſpiritu anteqꝫ viſa noluit beate Anne deuo
te ſeruire. Capitulum Octauum.

Xequo ſathane noſtre ſalutis emuli ſuggeſtiōe. mul
tos falſe ſuſpitiōis opinio decipit. neminē temptatio
ſubripiat / aut fantaſia cōmoueat. venerādam hanc
matronā ſanctiſſimā / tātorū taliūqꝫ germinū frōdiū ac fru-
ctuū ingenuā radicē ⁊ plātulā tertio ſe nupſiſſe viro aut tres
viros ſucceſſiue matrimonialit᷑ accepiſſe. ac idcirco p̄ carnis
petulantia. p̄conijs tantis ac p̄rogatiuis nō eſſet extollenda

aut in dei eccleſia tā ſolenniter feſtiuanda. De quo ſcriptum
cōperimus quatenꝰ v̇go quedā carne deo deuota. btē v̇gini
et oībus deniqꝫ ſanctis Quibus indies deuotionis ſuffragia
exhibere ꝯſueuit Que tn̄ btē anne nullatenꝰ honorē impēdere
voluit. eo ꝙ tribus viris vicibꝰ interpoſitis in cōiugio iūcta
fuerat cū nihilominꝰ matꝛ ꝑuiſa fuit dei genitricis. nec poſſe
in viduitate ꝑſiſtere defuncto marito p̄mo. quēadmodū vir
go matꝛ eiꝰ filia / ioſeph mortuo. validū certe male ꝯſulta ſuſ-
picata eſt argumentū / ſcādaloſuꝫ et inexcuſabile vitiū. tantā
matronā poſt vniꝰ viri ſublatū cōſortiū. reqſiuiſſe ꝑ ordinē
adhuc duorū cōnubiū. Virgo quidē dū in ea ſentētia temere
ꝑſiſteret nec dyabolo eiꝰ animū pulſanti reſiſteret. ſemel duꝫ
quieti laſſa mēbra exponeret. viſioneꝫ vidit in tēpeſte noctis
ſilentio tā oībus admirandā q̄ memoria dignaꝫ. Vidit inq̄
celeſtis regni militiā ingentē debita proceſſione ſe honorifice
pretereuntē / cetū v̇o apoſtoloꝝ martyrū / cōfeſſoꝝ virginum
ac continentiū Quenqꝫ v̇o ſctōꝝ ſctārūqꝫ eā reuerēter contē-
plata eſt ſalutant. ac caput nutu decenti inclinātē. vnde ma-
xima leticie cōſolatiōe recreata eſt. Poſt huiꝰ quidē cōcionis
abceſſuꝫ. vidit ſubſequentē turmā magnā / ꝑfulgentiū btōrū
ſexus vtriuſqꝫ. In cuius medio ꝓſpicere merita eſt matronā
miro mō redimitā / ſpecioſaꝫ et honeſto inceſſu maturā Ita
etiā vt p̄ āmiratiōe ſingularis decoris ī extaſim veniret. eo ꝙ
tam illa forme precipue q̄ꝫ tota ſua comitiua ineffabili gau-
dio plena dedignarentꝛ vel eā aſpicere aut ꝓpius accedere ac
cum indignatione ꝑtereuntes nullo ſolacio viderentꝛ ipſam
refocillare. Quapropter ad ſe meſtior reuerſa / cū eiulatu et ſu
ſpiriȷ̈s lamentabatꝛ et inquit. Audi queſo et ſubſiſte paululuꝫ
O tu pulcerrima feminarū. Audite precor omnes ſubſequen
tes. ne me dedignemini tanq̄ ignotā ꝑterire. merear rogo de
veſtra preſentia / quemadmodum ꝑcedentium gloria iocun-
dari. Quales illi. et que vos. et que pre omnibus veneranda
in medio veſtri. Obſecro amici dei et ſponſe chriſti. vt me
ammirantem doceatis. Ego dum propter inſtantiam

p̄cantis paulisper ſubſiſterēt. rn̄dit vnus ex eis dicēs Qui pri mo te honorādo trāſierūt. ſunt de milicia celeſti. ſcti videlicz illi-q̄s quottidie ſuffragijs tuis cōſueueras honorare. Ideo reuerentiā dignati ſunt tibi exhibere. Nos autē omēs q̄s cernis ſubſequētes ſum⁹ in celo bti de ſtirpe dauid. Ex qua quidē ipſa quaz intueris in medio oīm p̄cellere decore et gloria. eſt mat̄ noſtra anna ſctiſſima cū tota ſua genealogia quam qꝫ tua temeritate venerari cōtemnis etiā ip̄a vna nobiſcuz te ptereūdo nō aduertim⁹. Tu tua ſeduceris opiniōe-necnō falleris ab hoſte tēptante maligno Si ſaluari cupis oportet annā ſctiſſimā venerari. Quo audito illa ſuſpirās inquit. Quō p̄ ceteris honorarē quā noui triū maritoꝝ cōiugē. nō eſt a ſeculo auditus ſmo huiuſcemōi Si tāta dignitas-qualē cerno in vidua triū maritoꝝ-quāta p̄fulgebit in v̄gine recuſante cōnubiū q̄rumcūqꝫ. Cui rn̄dit anna O v̄go v̄go-que gloriaris de carne incorrupta. bona fides tua-ſed pua deuotio virum in carne nō petij. carnaliter viro cōuiuere recuſaui. nā virgo pmanere pposui. ſ legis coactiōe ac dei puiſione nupſi. et fruct⁹ ſalutis obtinui-p̄ter bn̄placitū altiſſimi nihil attēptaui Erras errore magno. reuertere de cogitatu tuo maligno reuertere. Si volūtati diuine nō obtēperaſſem. hāc quaz cōtemplaris comitiuā ſctiſſimā ex me proditā in celo nō poſſiderē Errasti filia errasti. incedis p deuia Audi tū me ⁊ inclina aurē tuā ad me. et obliuiſcere malū-qd̄ de me tua cōcepit aīa. Nec mora v̄go corā Anna ſctiſſima pſtrata eſt. culpā ſupplex facta cōfeſſa eſt. emendā ſpoſpōdit. et ſic veniā obtinuit. et illico viſio illa ab oculis v̄ginis ſublata eſt. Que q̄ſi de graui ſomno euigilās. facieq̄ʒ ſuā lachrimis madidā inueniēs. cūctis q̄bus potuit viſionē p̄dictā reuelauit. p̄conia Anne ſctiſſime vbiqꝫ diuulgauit. et vſqꝫ in finez vite eā ſingulis dieb⁹ eſt venerata q̄re meritis btē anne ab inferno fuit liberata.

¶ De q̄dam pcopio nobili ⁊ doctiſſimo poſtmodū heremita btē anne deuoto ⁊ pragenſi archiep̄o q̄ valde p̄dicauit ſctāz annā venerādā ⁊ ei⁹ feſtū celebrandū. Cap. Nonuz.

IN regno vngarie cuiuſdā militaris p̄diuitis vnige
nitus noīe Procopius in anno etatis ſue viceſimo ſe
cūdo factus eſt valēs artiū mgr̄ in vniuerſitate pra
genſi et legū doctor vbi duodecim annis ſtetit. ſpecioſus for
ma ꝓcerus ſtatura. ac ſapiēs induſtria ꝯſilio ſanꝰ et ſollers
honoratus necnō oībus gratus. Quapropter caſtellanꝰ qui
dam rebus locuples et amicis copioſus pater filiarū duarū
nubilium et formoſarum. inclinatus ad Procopiū. laqueos
eidē blādicijs tetendit. et vt gener ſibi fiat inſidiat̄ conuiuijs.
Cūq; tp̄is cōgruentiā pater cerneret filiarū. proponit vt ſi
bi quā velit e duabus eligat in cōiugē adiciēs repulſam pati
nō debere Qui mox carnaliū more iuuenū philo captus vnā
p̄elegit in amicam ⁊ futurā ſpōſam. Sꝫ deo volēte incōmo
dis interueniētibꝰ nō paucis ſponſalia cōtrahunt̄ nuptie tn̄
ad annū differunt̄. His aūt cognitis parentes offenſi et cō
ſanguinei. Conſtudētes ſocij ac doctores. nuptijs contrariū
inſultare non deſinūt. eo ꝙ ingenioſiſſimꝰ et tā doctꝰ carnali
allectꝰ amore. ſtudiū deſerēdo ſecularis ignomioſe fieret Ipe
ꝰo puelle ſpecie deceptus diē ſtatuere conatus eſt nuptiarꝫ
ſed deus q̄ ſup oēs eſt ac oīm cōſilia. ꝓpoſitū hoc diſſipauit
et ſponſaꝫ e medio tulit. fere menſe vno an̄ tp̄s ꝯueniēdi p̄ſti
tutū. Quare procopiꝰ ꝯtriſtatꝰ eſt nimis. ac p̄ amoris et do
loris magnitudine lāguere cepit: eo ꝙ quā amauerat ſpōſaꝫ
pulcrā nobilē ac locupletē cerneret ſic morte p̄uentā. Cui ca
